

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7280

Autre(s) référence(s) : Round 439

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Caen, La Trinité (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1180-1182]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte portant confirmation des biens appartenant à l'abbaye de la Trinité de Caen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCI, t. 2, p. 199-203.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 439.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 200. Souscription de Guillaume du Hommet, connétable depuis 1179 ; Henri II n'est revenu en Normandie qu'en 1180. La pièce semble avoir été homologuée par le jeune roi Henri, mort le 11 juin 1183 ; Henri II n'a pas été en Normandie pendant les six premiers mois de 1183 ; il avait passé à Caen la fête de Noël 1182.

Texte établi d'après a

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancte Trinitatis Cadomi et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus omnes subscriptas donationes quas antecessores mei eis fecerunt, et omnes alias rationabiles donationes sibi factas : Ex dono Willelmi regis proavi mei et Mathildis regine uxoris sue, villam de Caluz, cum omnibus pertinentiis suis, excepta decima ecclesie Sancte Marie Baiocensis ; et Oistrehan cum omnibus pertinentiis suis, excepto eo quod Robertus tenebat ibi de comite Moritonii, secundum quod in carta ipsius regis continetur ; et villam que dicitur Chaufor, cum omnibus pertinentiis suis ; et villa[m] Barge, cum omnibus pertinentiis suis ; et C. et X. acras terre in villa de Amblia, et unum molendinum in eadem villa ; et quinquaginta acras terre in territorio Cadomi ; et Eskenevillam ; et terram quam Robertus filius Wimundi Cufel habebat in Hertrufivilla ; et terras quas Ricardus filius Herlewini tenebat in Taxilli et in Monte Boani ; et terram

quam Radulfus filius Alani tenebat in Willun, et rusticum unum in Karun, et duas garbas decime in eadem villa, et duas garbas decime quas Ranaldus de Barberiis habebat in eadem villa de Karun ; et in Valcellis terram que fuit Milonis marescalli et Alesuine uxoris ejus, et id quod ipsi habebant in ecclesia et in molendino ejusdem ville, excepto maritaggio Beatricie (sic) filie sue ; et in territorio Cadomi terras illas quas Godefridus Juvenis et Rogerus constabularius et Willelmus Patric tenebant de prefato rege Willelmo predecessore meo ; et in burgo Cadomi decimam unius molendini ipsius regis, et decimam furnorum ad ipsum pertinentium, et decimam aque de Diva, de piscibus et denariis ; et decimam de Divula et de Bavent, de sale et denariis ; et decimam de Gacei de denariis, piscibus et molendinis ; et in insula de Gerzoi unum molendinum et medietatem decime de quinque parrochiis, et sextam garbam unius parrochie et dimidie, et terram et decimas quas Raginaldus capellanus ipsius regis de eo tenebat in eadem insula. Et in villa que dicitur Maintrud, LX. acras terre ; et in Billei, terram que fuit Hernosti clerici et terram Radulfi de Billei ; et apud Lyriacum III. arpennos vinee et VI. acras terre ; et apud Albam Viam, VII. arpennos vinee ; et apud Vernon, III. arpennos vinee et unam domum in eadem villa ; et medietatem ville de Carpiquet ; ex dono Adelaidis filie Tustini Haldup, alteram medietatem ville de Carpiquet, cum medietate decime et ecclesie ejusdem ville ; et duas partes ville que dicitur Puteus ; inter Felgerolas et Estarvillam, novies XXti acras terre ; et terram quam Oesmelinus filius Teodorici et Herbertus Folenfant tenebant de ea in Goisbertivilla et in Dumouvilla et in Cuvervilla ; et in Coisneriis, dimidium molendinum et terram unius caruce ; in Ruscavilla terram unius caruce ; et in Ingulfivilla terram que fuit Ansquitilli, et in Calvavilla terram unius caruce ; et Fraxinivillam et Mesnillum Urselli. Ex dono Stigandi, ecclesias Falesie cum decimis, et ecclesiam de Wibrai, et unum molendinum ibidem ; et ex dono Alveredi de Moiu (?), terram que fuit Aale sororis ejus apud Ranvillam, excepto feodo quod Sanctus Leodegarius de Pratellis ibi habet. Ex dono Fredesend[is] amite Ran[nulfi] vicecomitis, Osbertivillam. Ex dono prefati Ran[nulfi], molendinum unum infra burgum Cadomi, et terram duorum francorum hominum in Goisbertivilla. Ex dono Balduini filii comitis Gilleberti et Emme uxoris ejus, ecclesias de Foresta cum decimis, et ibidem CC. acras terre. Ex dono Muriel[is] de Guitot, Osbertivillam supra mare. Ex dono Alberede sororis Fulconis, terram quam habebat in Willun. Ex dono Billeheld[is] filie Rogeri, maritagium suum in Vernon. Ex dono Rogeri de Monbrai, terram quam habebat in Grainvilla. Ex dono Rogeri de Monasteriis, terram de Salan cum omnibus pertinentiis, et medietatem bosci Montis Alboldi ; et ecclesiam de Vaus cum decima, et terram unius caruce in eadem villa, et hoc quod habebat in dominio ibidem in quodam molendino, et terram que fuit Ric[ardi] in villa de Lu. Ex dono Fulconis de Alnou, Folebec cum molend[inis] et omnibus pertinentiis suis. Ex dono Asceline filie Alveredi Gigantis, terram quam habebat in Grandi Campo et in Joeio. Ex dono Willelmi Bacun, duas partes decime de Bleer et unum rusticum in eadem villa. Ex dono Goiffredi Lovet, duas partes decime de decem et octo villanis, et VI. acras terre in Colevilla. Ex dono Ebremari, XL. acras terre in Engleschevilla, et XX. in Karun, et duas garbas medietatis decime de Karun, et in Villun decimam quam emit a Muriele sorore Ricardi principis. Ex dono Petri, id quod habebat in Monasteriis. Ex dono Odonis clerici, XL. acras terre in Cambis. Ex dono hominum de Burnuvilla, ecclesiam de Burnuvilla cum decima, excepto eo quod Rogerus filius Unfredi ibidem tenuit. Item ex dono prefati regis Willelmi, homines suos de Burnovilla, cum tota terra que fuit Unfredi camerarii in ipsa villa. Ex dono Alberede uxoris Radulfi Tessun, servicium terre quam Fulcherius Malherbe de ipsa tenebat in Blevilla. Ex dono Gille filie Tustini, terram quam habebat in Graei et in Dunvilla, cum omnibus pertinentiis suis. Item ex dono prefati regis, servicium quod Gaufridus filius Salomonis et Helco dapifer ei reddebant de Graei. Ex dono Wigerii de Sancte Marie Ecclesia, terram quam habebat in villa que dicitur Mortua Femina. Ex dono Radulfi filii Al., terram quam habebat in Adevilla. Ex dono Alberede matris Hugonis et Rogeri, id quod habebant in ecclesia et decima de Henouvilla, et unam acram terre in eadem villa. Ex dono Hugonis Pincerne, terram de Fago. Ex dono Gonnor matris Willelmi de Breosa terram quam habebat in Bavent, et terras quas habebat in Rovres et in Cierneio et in Craissanvilla et in Quatrepuiz. Ex dono Roberti filii Aufredi dapiferi, terram quam habebat in Condeio, et medietatem pratorum de Wishulmo. Ex dono Radulfi de Aneriis, XXXVI. acras terre in Aneriis. Ex dono Urselli, terram quam habebat in villa Sancti Anieni. Ex dono Roberti camerarii, terram que fuit Hadebrandi in Lovigneio. Ex dono Willelmi camerarii, unum molendinum juxta Katehol, et terram quam ipse ibidem tenebat de prefata M[athildi] regina. Ex dono Roberti Bertran duos liberos homines cum decima sua in Columbellis. Ex dono Emme comitisse de Moschans, quicquid habebat in prefata villa de Columbellis. Ex dono Willelmi de Guermovilla, decimam quam habebat in Grentevilla. Ex dono Willelmi Gloiet, duas garbas decime quam habebat in Dunmesnillo. Ex dono Rogeri de Botemont et Willelmi de Mesnillo Maugerii duas garbas decime quam habebat in Colevilla, et LX. arpennos terre in Duxeio et in Chooig. Ex dono Willelmi de Warena, servicium de terra que fuit Doriel in Aniseio et in Barberiis et in Willun. Ex dono et concessione Odonis Baiocensis episcopi, omnes libertates et quietantias prefate abbacie et ecclesie Beati Egidii, et ipsi abbatisse et monialibus et clericis et servientibus earum

ab eodem episcopo concessas, secundum quod in carta prefati regis Willelmi continetur. Ex dono Haudvise uxoris Roberti Marmion terram quam habebat in Sancto Georgio et in Jurkis, et molendinum de la Boista et le Paret. Ex dono Ricardi de Rollos, unum modium frumenti in Rosel. Ex dono Roberti de Matonio XX. sextarios annone singulis annis. Ex dono Toroldi Papeillun, decimam hominum suorum de Amblia. Ex dono Hugonis Murdac et uxoris ejus, decimam quam habebant in Traili, ita ut pro decima illa reddentur singulis annis XX. solidi prefatis monialibus in nundinis Montis Martini. Ex dono Hugonis de Bruecuria X. acras terre et unam in Graina. Ex dono Willelmi de Goisbertivilla, decimam Herberti Burni. Ex dono Vivienni de Argentiis, III. acras vinee. Ex dono Willelmi filii Herberti, decimam quam habebat in Willun et decimam hominum suorum. Ex dono Willelmi Tanetin, LXX. acras terre in Ranerii Mesnil. Item ex dono prefati regis Willelmi et M[athildis] regine burgum Kathehulmi cum appendiciis suis et quandam mansuram in Rothomago, et quandam mansuram in Barbefluctu. Ex dono Ade uxoris Rogeri de Prateriis, decimam quam habebat in Columbeio. Ex dono hominum de Piris, duas garbas decime sue. Ex dono Fulcoldi camerarii regine, terram et domos quas habebat in Cadomo et in Cambis. Ex dono Unfridi de Adevilla, duas garbas decime sue de Adevilla. Ex dono Willelmi Flandrensis camerarii regine, LX. acras terre in Adevilla. Ex dono Gonnil et Lesceline filie sue, LX. acras terre in territorio Baiocensi, et in ipsa civitate unam mansuram. Ex dono Gaufridi Pelemosche, unum censarium de duabus acris terre in Lyon. Ex dono Willelmi de Plumetot, duas garbas decime quater XXti acrarum terre in Grentevilla. Ex dono Thome Bardul, XXX. solidos Stellingorum in molendino suo de Erwadeston[e] super Derwente. Ex dono prefati regis Willelmi proavi mei et regis Henrici avi mei, terras subscriptas in Anglia : maneria videlicet Hanton[e] et Avelingues et Penneberiam et Felesteldam et Horsteldam et Tarentam et Teolvesiam, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et pertinentiis eisdem maneriis pertinentibus, cum soca et saca, et thol et thien et infangueneth[eof]. Ex dono Willelmi de Plesseicio decimam de Tholosona. Concedo etiam et confirmo conventionem et finem factum inter monachos Sancti Stephani et moniales Sancte Trinitatis concessione et assensu prefati regis Willelmi super controversiis que inter monachos et moniales de tenementis ipsorum vertebantur, sicut carta prefati regis quam moniales inde habent testatur. Ex dono Willelmi de Fontibus, XX. solidos Andegavensium in molendino suo ad pontem Sancti Martini de Munnevilla. Quare volo et firmiter precipio quod prefata abbatia et abbatissa et moniales omnia supradicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice et plenarie, in ecclesiis et terris, infra burgum et extra, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et rebus ad ea pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carta prefati regis Willelmi et regis H[enrici] avi mei et aliorum donatorum testantur.

Testibus : Henrico Baiocensi episcopo, Willelmo de Humeto constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Hugone de Creissi, Alveredo de Sancto Martino, Roberto de Bruecuria, Ricardo de Canvilla, Gilleberto Filio Rainfredi.

Apud Cadomum.